CAPVT QVARTVM.

De Aſcenſionibus rectis & Declinationibus Cometæ reſpectu Æquatoris, ad ſingulos Obſeruationum dies, ex antecedentibus conſtituendis.

QVemadmodum in proximo Capite, ex datis Cometæ à certis fixis diſtantijs, eius quo ad Eclipticam ipſiúſque Polos habitudinem perueſtigauimus, ſic in hoc, ex cognita longitudine & latitudine, quo ad Eclipticam, Declinationem atque Aſcenſionem Rectam, quæ duo Æquatorem cum ſuis Polis reſpiciunt, inquiremus; vt ad ſingulas Obſeruationes Cometæ, illius, etiam ratione Æquatoris, cognoſcatur poſitus; ſiquidem is poſt Eclipticam maximè principalis exiſtat inter Cœleſtes Circulus, vtpote circa cuius Polos motus vniuerſi diurnus, vnà cum temporum particularium menſura abſoluatur. Quæ vt commodiùs in demonſtrationem & numerorum praxin deducãtur, primùm vtamur hac aſsignata figuratione, quæ inſeruiet, donec ad Auſtrũ Cometa declinationẽ ab Æquatore obtinuerit. Sit itaque Circulus ADIE,



 repræ-